



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

16 Vota sub poena peccati mortalis sunt servanda, & quàmprimum etiam  
implenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- ratione vivere non possit, tenet S. Th. d. 9. 88. art. 9.
- 16 Vota, sub pœna peccati mortalis sunt servanda, & quamprimùm etiam implenda, S. Thom. ead. quest. 88. art. 3. & in propriis terminis, Sor. de iust. & jur. lib. 7. g. 2. art. 1. Votum autem non adimplere est contra Dei charitatem, & in genere peccatorum mortalium, Graff. decis. aur. 17. tit. eod. cap. 22. sed votum ¶ metu factum, ad quod minis quis compellatur, non obligat voventem, si talis sit metus, qui in constantem virum cadere possit, quod boni viri arbitrio est remittendum, h. interpositas, in verb. cruciatum, ff. ex qui. cau. major. Abb. in cap. cum virum, num. 8. de regul. glori. in cap. cum dilectus, in ver. metus mortis, de his, qua vi mes. ve. ca. & major metus cadit in feminam, quàm in virum propter fragilitatem sexus, gloss. in cap. cum locum, in ver. metus, & ibi Abb. de spons. & Paris. cons. 26. num. 22. 64. lib. 3.
- 18 Nec ¶ matrimonium metu contractum tenet, dicto cap. cum locum, c. requisivit, & cap. gemma eod. tit. de spons. Ideo puella meticulosè ¶ monasterium ingressa cum habitu susceptione, & ante legitimam ætatem professionis gestatione potest exire, & habitum dimittere, quia cum habitus probationis, qui defertur ante professionis emissionem, sit distinctus ab habitu professionis, per illius gestationem non inducitur aliqua ratificatio, quia ad hoc ut factum ¶ in minori ætate obliget, adveniente pubertate, requiritur, ut ratificetur expressè, vel saltem perseveret per totum annum decimum sextum, à Conc. Trid. præscriptum, ut in dicto cap. 15. & per Ab. in cap. significatum, num. 5. de reg. & quan-
- 19 tocunque tempore quis gestaverit habitum probationis patenter distinctum ab habitu professionis, non censetur emittere professionem, nec obligatur religioni in genere, neq; in specie, sed potest redire ad seculum. Innoc. Andr. in fin. Anchar. n. 5. Abb. n. 3. vers. secundo casu, de regi. & Navar. cons. 25. num. 3. de vot. lib. 3.
- 21 Irritare votum ¶ est ipsum infringere, & cassare, ut amplius ligandi vim nō habeat, & hoc possunt ij, in quorum potestate sunt voventes, ut pater, & eo deficiente mater, si est nutritrix filiorum, & ipsi tutores, veleuratores, maritus, dominus, Abbas, & alii Prælati religiosorum, in iis, in quibus voventes eis subjiuntur, cap. puella, 20. q. 2. ca. manifestum, c. noluit, 35. quest. 5. pro quibus canones irritarunt, & semel legitime irrita, semper irrita manent, nec incipiunt obligare, postquàm illi liberantur à subjectione irritantium, quia obligatio ¶ semel extincta nunquam reviviscit, Sylve. qui hanc dicit communem, in ver. religio. 2. quest. 15. vers. sed si impubes, & ver. votum, 4. quest. 2. vers. quintum, & Graff. decis. au. cap. 29. per tot. part. 1. lib. 2.
- 23 Vota necessitatis, ¶ quæ emittuntur in baptismi susceptione, nec irritati, neque commutari possunt, ut in ca. sunt quadam, junct. gloss. in ver. debemus 17. quest. 1. Nā commutatio voti, vel redemptio exigat, ut id, in quod votum est commutandum, aut reducendum, æquè bonum sit, aut melius, quàm id, quod vovit. Navar. in Manual. cap. 12. num. 63. Propria ¶ auctoritate in melius votum commutari potest, quia propositum, aut promissum infringere non creditur, qui illud in melius-